

Ratio, ne quis causari possit ignorantiam literarum, prout sunt

verbatextus in l. 11. §. 3. de inst. act. Cyn. ad d. Auth. offeratur num. 5.

Et vid. omnino de lingua testis, judicis, testatoris, contrahentium remissivè

Mynf. §. O. 45. N. 7. c. 1. in f. ibi: non paternâ voce.

N. XII.

Ad requisita denique etiam pertinere existimo clausularum salutarium adjectiones, eo quod per illas multa salvantur; quæ alias videntur esse vitiosa, & virtute earum expressè non petita veniunt officio judicis, omneque remedium competens & ex narratis resultans in judicium deducitur.

Gail. 1. O. 6. n. 11. 12. & O. 108. n. 7. Mynf. 4. O. 55. n. 4. & 5. Hujusmodi clausulæ sunt; Omni meliori modo, omni salubriori remedio, petendo jus & justitiam administrari implorando officium judicis

Gail. d. l. num. 3. Berlich. P. 1. C. 12, num. 21. & 22. ubi vid. quam plurimos allegatos, qui tradunt harum & similibus clausularum effectus.

add. Carpz. I. P. F. p. 1. C. 2. Def. 15. & const. 26. Def. 7. & seqq. Schneid. ad. d. §. 1. n. 121. & seqq. Inst. de act.

Germanicè ita sonant: **Bestermassen / bestmöglichst / wie solches nach Art und Gelegenheit der Sachen am nützlichsten geschehen kan und mag &c.**

Rosbach. d. tit. in f. & omnino de clausulis eundem tit. 35. per hoc.

Habent autem hæ clausulæ suam virtutem in libellistarum judicialiter exhibitis, non in quibusvis supplicationibus extrajudicialibus

X. X. 10